Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8328
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

misericors domine qui nullius
habes in digenciam etc. Et
cum multa talia cogitamus
et illa species vocatur oracio
stricte sumpto nomine propter ut solet
dici quod oracio est elevacio
mentis ad deum supple ad
cognoscendum eum Secunda species
est deprecacio aliquid a deo
apprehendi aut verba voca-
lia sive mentalia secundum illud
deprecacio forcia et illa secundum
apostolum ubi supra vocatur
postulacio et si verba sunt
explicite sub modo peticionis
ut cum quis petit sibi peccata
dimitti dicendo dimitte
nobis debita nostra aut
sicut publicanus pro remissione
peccatis dixit deus propicius
esto michi peccatori aut
petit munus a deo aut
aliquid sibi conferri sicut
panem nostrum cottidianum
da nobis hodie et sic
de aliis tunc vocatur supplicacio
Et vero per verba simpliciter nar-
ratur negocium sine complicata
peticione sicut Johannis 11° Ecce
quem amas infirmatur tunc
vocatur insinuacio Tercia
species est obsecracio et est
memoracio sacrorum quibus
contestamur deum et adiuvemus
ut illorum intuitu nobis
prestare dignetur quantumcum-
que ardua et difficilia que
ex nostra infirmitate et

propter nostros defectus ab eo
optinere non possemus et sic deum
patrem rogamus per filium suum
aut per sanctos suos qui sibi
accepti sunt plus quam nos
sicut consueverunt ecclesia in oracionibus
ad patrem directis concludere per do-
minum nostrum Sic daniel 9°
dicitur propter metipsum inclina
domine aures tuas michi sic
solemus dicere propter bonitatem
propter sapienciam tuam propter misericordiam
tuam etc. Sic in letania per
nativitatem tuam libera nos
domine propter crucem tuam per
resurrectionem tuam etc. Quarta
species est graciarum accio que
est quedam gratuita cognitu
dinorum beneficiorum divinorum ab eo
perceptorum et confessio cum corde
ore et opere talis graciarum accio
ponitur ab apostolo inter species oracionis
quia est unum requisitum a
valde conferens ad impetrandum
viam enim impetrandi sibi
claudit qui de acceptis graciis
non agit cum vero de acceptis
beneficiis gracias agimus memo-
ria nobis conservatur et augetur
et accipere potiora complecti
gracia in unum qui domum
sapiencie accepit si illo gratus
fuit in eo conservatur ne perdet
augetur et plus et plus
sapiat et ut maior inde
utilitatis proveniat tanquam in pro[…]is
meritis quam in edificacione
proximorum equus ingratitudo me-
retur amittere quod habet